non extinguitur. Et si pes tuus scan-
dalizat te: amputa illum. Bonum
est tibi claudum introire in vitam
eternam: quam duos pedes habentem
mitti in gehennam ignis inextin-
guibilis. Ubi vermis eorum non moritur
et ignis non extinguitur. Quod si ocu-
lus tuus scandalizat te: eice eum. Bo-
num est tibi luscum introire in reg-
num dei: quam duos oculos haben-
tem mitti in gehennam ignis. Ubi ver-
mis eorum non moritur: et ignis non extin-
guitur. Feria vi Secundum mathm
Illo tempore: Cum egressus esset ihesus de
navi ad terram: occurrit illi quidam
vir qui habebat demonium iam
temporibus multis et vestimento non
induebatur. neque in domo manebat:
sed in monumentis. Is ut vidit ihesum:
procidit ante illum. et exclamans voce ma-
gna dixit. Quid mihi et tibi est fili dei al-
tissimi. Obsecro te: ne me torque-
as. Precipiebat autem spiritui immundo:
ut exiret ab homine. Multis enim
temporibus arripiebat illum: et vin-
ciebatur catenis. et compedibus custoditus.
et ruptis vinculis agitabatur a demo-
nio in deserta. Interrogavit autem il-
lum ihesus dicens. Quod tibi nomen est.

in abyssum [illegible]
ibi grex porcorum pascentium in mon-
te et rogabant eum ut permitteret
eos in illos ingredi. Et permisit il-
lis. Exierunt ergo demonia ab homine
et intraverunt in porcos. Et impe-
tu abiit grex per preceps in stagnum
et suffocatus est. Quod ut viderunt
factum qui pascebant: fugiebant
et nuntiaverunt in civitates et
villas. Exierunt autem videre
quod factum esset: et venerunt ad ihesum
et invenerunt hominem seden-
tem a quo demonia exierant vesti-
tum ac sana mente ad pedes eius
et timuerunt. Nuntiaverunt autem
illis et qui viderant quomodo sal-
vus factus esset a legione: et roga-
vit eum omnis multitudo regi-
onis gerasinorum ut discederet ab
ipsis. quia timore magno tene-
bantur. Ipse autem ascendens navem
reversus est. Et rogabat illum vir
a quo demonia exierant ut cum
eo esset. Dimisit autem illum ihesus di-
cens. Redi in domum tuam et nar-
ra quanta deus fecit tibi. Et abiit
per universam civitatem predicans
quanta illi fecisset deus.

CVI

susceptor est anime mee averte mala inimicis meis in veritate tua disperde illos protector meus domine

Deus in nomine tuo salvum me fac & in virtute. Ps.

Pateant aures misericordie tue Colla

precibus supplicantium. et ut pe-
tentibus desiderata concedas: fac
eos que tibi placita sunt postulare.
Per. Rēs: Ad corinth. F.
Non simus concupiscentes malorum:
sicut & illi concupierunt. Neque ydo-
latre efficiamini sicut quidam ex
ipsis quemadmodum scriptum est.
Sedit populus manducare & bibere:
et surrexerunt ludere. Neque forni-
cemur sicut quidam ex ipsis forni-
cati sunt: & ceciderunt una die xx-
tria milia. Neque temptemus xpm
sicut quidam eorum temptaverunt:
et a serpentibus perierunt. Neque
murmuraveritis sicut quidam
eorum murmuraverunt: & perierunt
ab exterminatore. Hec autem omnia
in figura contingebant illis. Scrip-
ta sunt autem hec ad correptionem

vos non apprehendat nisi huma-
na. Fidelis autem deus est: qui non
patietur vos temptari super id quod
potestis sustinere. sed faciet cum
temptatione etiam proventum: ut
possitis sustinere.

Graduale

Domine dominus noster quam admirabile est nomen tuum in universa terra. V. Quoniam elevata est magnificencia tua super celos. Alleluia. V. Attendite popule meus legem meam.

Secundum lucam

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis.
Homo quidam erat dives qui ha-
bebat villicum: & hic diffamatus est
apud illum quasi dissipasset bona illius.

... Et
nullam mittitur: et non consumimur.
Deicimur: et non perimus. Sem
per mortificationem iesu in corpore nostro
circumferentes: ut et uita ihu in cor
poribus nostris manifestetur. In xpo ihu
domino nostro. Secundum matheum

In illo tempore. Transeunte ihu secuti sunt
eum duo ceci clamantes et dicentes.
Miserere nostri fili dauid. Cum autem
uenisset domum: accesserunt ad eum
ceci. Et dicit eis ihc. Creditis quia
hoc possum facere uobis. Dicunt
ei. Utique domine. Tunc tetigit oculos eorum
dicens. Secundum fidem uestram fiat uobis.
Et aperti sunt oculi eorum. Et comminatus est
eis ihc dicens. Uidete ne quis sciat.
Illi autem exeuntes diffamauerunt
eum in tota terra illa. Egressis autem
illis: ecce obtulerunt ei hominem
mutum demonium habentem. Et eiec
to demonio locutus est mutus. Et ad
mirate sunt turbe dicentes. Numquam
apparuit sic in israel. Pharisei autem
dicebant. In principe demoniorum eicit
demones. Et circuibat ihc ciuitates
et castella. docens in synagogis eorum
et predicans euangelium regni. Et
curans omnem languorem et omnem infirmitatem.

penitentiam [illegible]
ue tibi bethsaida. quia si in tyro
et sidone. facte fuissent uirtutes.
que facte sunt in uobis olim in
cilicio et cinere penitentiam egissent.
Uerumptamen dico uobis. Ty
ro et sidoni remissius erit in die
iudicii quam uobis. Et tu caphar
naum: numquid usque in celum
exaltaberis. Usque
in infernum descendes. Quia si in
sodomis facte fuissent uirtutes.
que in te sunt: forte mansisset
usque in hanc diem. Uerumptamen
dico uobis quia terre sodomorum re
missius erit in die iudicii quam tibi

Dominica xiii

R. Respice domine in testamentum
tuum et animas pauperum
tuorum ne derelinquas in finem. Exur
ge domine et iudica causam tuam
et ne obliuiscaris uoces querentium te.
V. Ut quid deus repulisti in finem. iratus est furor tuus super oues pascue.
Exurge

[illegible] ad Galathas

F[ratres] Abrahe dicte sunt pro-
[m]issiones. et semini eius. Non
dicit et seminibus. quasi in multis:
sed quasi in uno. et semini tuo qui
est xpc. Hoc autem dico testame
tum confirmatum a deo. Que post
quadringentos triginta annos fac
ta est lex. non irritum facit ad e-
uacuandam promissionem. Nam
si ex lege hereditas: iam non ex p
missione. Abrahe autem per repro
missione donauit deus. Quid igit[ur]
lex. Propter transgressionem posita
est: donec ueniret semen cui promi
serat ordinata per angelos in manu
mediatoris. [illegible]
est: [illegible] aut[em] unus est. [illegible]
[illegible]
posset uiuificare. uere ex lege esset iu[sti]
cia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato.
ut promissio ex fide ihesu xpi daretur cre
dentibus. Gr[aduale]

Respice [illegible]

[illegible] nobis: qd multi
[illegible] uoluerunt uidere que
[illegible] non uiderunt: et au
[illegible] et non audierunt.
[illegible] legis peritus sur
[illegible] illum et dicens. Ma
[illegible] uitam eternam
[illegible] dixit ad eum. In lege
[illegible] est. Quomodo legis. Il
[illegible] Diliges dominum
[illegible] corde tuo. et ex tota
[illegible] omnibus uiribus tuis.
[illegible] mente tua: et proximum tuum
[illegible] Dixitque illi.
Re[cte] [illegible] Fac hoc et uiues.
Ille [autem] uolens iustificare se
[illegible] ihesum. Et quis est meus
pro[ximus] [illegible] ihesus dixit.
Homo [illegible] descendebat ab ie
rusalem [illegible] incidit in latro
nes. Qui [illegible] despoliauerunt
eum. [illegible] inpositis abierunt
semi[uiuo] [illegible]. Accidit autem ut sa
cerdos [illegible] descenderet eadem uia:
et uiso [illegible] t. Similiter et le
uita [illegible] locum et uideret
eum pertransiit. Samaritanus autem
quidam [illegible] iens uenit ad eum.

1548

~ CXI ~